



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1691. usque ad annum 1701

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 49. Belgradum a Cæsareis incassum tentatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67627](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67627)

Sæc. XVII.  
A. C. 1693.

## §. XLIX.

*Belgradum a Cœsareis incassum  
tentatum.*

Turcis in superiore Hungaria præter

Giulam & Jenæam nil reliquum e-<sup>Wagner</sup>  
rat; postremam ergo hanc urbem in-<sup>Hist. Leop.</sup>  
superhabitibus difficultatibus vix superan-<sup>lib. 12.</sup>  
dis impiger Heisterus Cœsareus Belli-<sup>Briet. An-</sup>  
nat. cont.  
dux oppugnare statuit; nec generoso  
ausui prosper defuit successus: Turcæ  
enim assidua verberatione territi, vi-  
tam, libertatem, sarcinasque pacti de-  
ditionem fecere, relictis duodequadra-  
ginta belli tormentis. Nihilominus  
Cœsar urgente Guilielmo dicto Angliæ  
Rege cum Turcis de pace agere con-  
stituit, ejus autem Legatis indigne  
habitibus Imperator Eugenio Croyo, cui  
in Hungaria post Badensis discessum  
Cœsarei exercitus imperium fuit com-  
missum, in mandatis dedit, ut Belgra-  
dum expugnare niteretur. Hic igitur  
impigre trajecto Savo Turcas ex Zin-  
garorum insula dejecit, qua potitus ob-  
sidiionales accessus ad urbem propius  
duxit. Erumpunt inopino furore ob-  
sessi, atque inexpertos fossores tanto  
terrore implet, ut indecora abjectis  
armis aufugerent: mox tamen Turcas  
Cœsarei non sine clade in urbem re-  
pellunt:

Sæc. XVII. pellunt: Aliquamdiu Croyus urbem  
 A. C. 1693. & Turcas arte, omni<sup>que</sup> conatu fati-  
gabat, cum autem navēs, quibus an-  
 nona, ac bellicæ munitiones advehe-  
 rentur, tardius adventarent, tentata  
 improspere irruptione nocturna, & in-  
 valescente morborum vi de expugna-  
 tione conclamatum videbatur: Insuper  
 ad tot malorum cumulum accessit Stra-  
 teghi Christiani defectio, qui in urbem  
 dilapsus, Barbaros consiliis & machi-  
 nis egregie juvabat, quo circa Croyus  
 die decima Septembris obsidionem sol-  
 vit: Ita demum tota hujus anni expe-  
 ditio ob pecuniarum inopiam & infe-  
 stas Ductorum cunctationes corrupta est.

## §. L.

*Variæ urbes a Gallis captæ & de-  
 vastatae.*

Theatr. Eu- Ineunte hoc anno Galli rei summam  
 rop. t. 14. in celeritate ponentes, ex hibernis  
 Gottfrid. stativis mature processerunt, ac relicta  
 Hist. Chron. cont. l. 12. Rhinfeldensi obsidione in Flandriæ in-  
 p. 449. teriora penetrare conati sunt. Præ-  
 Wagner l. c. primis Bufflerius, ut hostem falleret,  
 Burnet t. 4. Huy muniti oppidi obsidionem simulat,  
 pag. 224. mox tamen inflexo itinere Furnas die  
 tertio Januarii contendit, hanc urbem  
 expugnaturus, simulque Anglos, qui  
 in Normaniæ oram exscensuri, ibidem  
 substi-